

TRIA EPICEDIA

IN MEMORIAM K. GEORGULIS

I

De omnibus forsan manebit sola recordatio
ruente magno Vitae horologio
dum homo assidue cor suum auscultat
et dum in fluminibus undae tumidae
in
maria fluunt invisibilia

O
in Vita cum ave et flore
risuque Solis in magico ore
sola
sola
oritur et moritur solivaga Visio

II

Non moritur omni nocte incipiente
tantum Dies
moriuntur tanta laeta et amara

Oriuntur in cordibus miracula avara
videntia tantum
vigilanti animae

Morientur etiam noctes
cum eis splendida miracula
sed semper virens ac ridens
in ala avis arcanae
volat ad undas Solis parva animula

III

Flores amygdalorum in sole
oculos amici expectabant
et
risus caerulei Diei
una cum undis maris
amoenitate splendebant

Splendores pulchritudinis eorum
faciem caram non reperientes
ad cupressos
pallio verni temporis amictas
clam
clam venere
sed in silentio obstipuere :
Quaerentes hominem
tantum cordis eius flatum sensere

Amicus in glebae palma dormiens
planctus amicorum
cantusque avium non audiens
aeternitatis somnium
in nave invisibili somniate
et in regiones nunc ignotas
ei ingredienti
amicci vivi dicunt
dum herbae in sepulchreto crescunt humiles
non pulverem et umbram
sed florem florentem
memoriam eius esse
nam semper non sibi ipsi
sed omnibus pulchris
bonisque hominibus vixisse . . .